

## Band VIII., Nr. 2663, Seite 15-18

*Die Vormünder der Brüder Eberhard und Walter, der Söhne des Truchsessen Walter von Warthausen, verkaufen dem Biberacher Bürger Konrad Friwo die Mühle in Birkendorf um 24 Mark Silber.*

Biberach, 1277. Februar 27.

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris hanc paginam inspecturis Bertoldus et Eberhardus de Rordorf et de Walpurch imperialis aule dapiferi, Swiggerus senior et Swiggerus miles et Hainricus filii sui de Mindelberc rei geste notitiam. Cum propter multiplices diversorum negotiorum sollicitudines, quibus humana debilitas freq[ue]ntius atteritur, ab eius evanescent memoria quorum fit opportunum recordari, – ut autem robur diuturnitatis capiant firmissimum, literarum serie perstringuntur. Noscant igitur singuli ac universi, quos fuerit opportunum non ignorare, nos unanimo consensu nec non Adilhaidis<sup>a</sup>, relicte beate memorie Waltheri dapiferi de Warthausen, prout legitimi tutores pupillorum Eberhardi et Waltheri fratrum de Warthausen esse dinoscimur eorundem, Conrado dicto Friwoni suisque heredibus marcis XXIII argenti vendidisse molendinum in Birkendorf cum omni iure, quod vulgo dicitur ehaftin, pertinente ad curtile molendini nominati, ne gravius rerum suarum dispendium patiantur. Confitemur tenore presentium antedictam summam pecunie nobis plenarie fore a Conrado nominato, cui idem molendinum pheodi nomine possidendum contulimus, [persolutam], renuntiantes omni actioni et exceptioni et rationibus canonum seu legum nomine pupillorum predictorum, si quibus contra ipsum Conradum civem de Biberach aut heredes ipsius<sup>b</sup> aliquo iure nobis ad hoc concessio uti possemus, seu per nos ad ipsum conveniendum et excipiendum contra testes. Werandiam cautionis ipsi prestamus fideiussorie per Hainricum de Vriberc, Diethohum nobilem de Winiden, Bertoldum militem de Kuzzenkoven<sup>1</sup>, Waltherum de Munegoltingen, Lud[ewicum] de Stadegun et Hainricum de Tanne, quod si idem Conradus aliquod impedimentum senserit contradicendi, nisi ipsum in pheodent et suos heredes, cum ad etatem maiorem pervenerint, vel aliud

<sup>a</sup>Dieser Name ist in eine offen gelassene Lücke von anderer Hand und mit anderer Tinte nachgetragen.

<sup>b</sup>Zwischen *ipsius* und *aliquo* steht *uti*, das nach *concesso* wiederholt ist, hier also weggefallen hat.

<sup>1</sup>Laut GUSTAV BOSSERT: Topographisches. In: Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte N.F. 13 (1904), S. 338-340, S. 338 ist vermutlich zu lesen *Buzzekoven* = Beizkofen, eher nicht Großkitzighofen.

## II

faciendi ordinandi, quod sibi fore factum utile recognoscat, ita quod personis decem conferant, quibus idem Conradus voluerit et petierit nomine pheodali conferendum<sup>c</sup>, Eberhardus et Waltherus de Warthusen dapiferi nominati, videlicet Hainrico seni Hûpmanno, Hainrico et Liutrammo dictis Hûp[man], Bertoldo seni ministro, Burcardo de Tiuffenbach civibus in Biberach, nec non fratri Reinhardo magistro hospitalis et aliis personis decem, quas Conradus Friwo prelibatus aut heredes ipsius ad hoc eligunt, ut pacto bone fidei cum suis pertinentiis absque contradictione qualicumque. Hoc etiam adiecto, quod si<sup>d</sup> unus fideiussorum iam dictorum nature debitum persolverit aut plures fideiussores, viventes infra mensem, postquam amoniti fuerint, nomine obstagii in civitatem Biberach se debent presentare non abinde recessuri, antequam pro non viventibus fideiussoribus alii, qui sint solvendo, obligentur Conrado et heredibus suis nominatis, ita quod decem sint semper fideiussores viventes. Nos Swiggerus senior, Swiggerus miles et Hainricus fratres filii senioris antedicti bona fide promittimus, ut omni diligentia aput serenissimum dominum nostrum Rûdolfum Romanorum regem nostras petitiones fundamus devotas, quod proprietatem fundi eiusdem molendini, quia ad imperium saerum pertinet, hospitali sancti spiritus in Biberach eroget, quod si factum fuerit per eum, fideiussores antedicti, quos omnes unâ nobiscum obligavimus in solidum, sumus absoluti. Sin autem<sup>e</sup>, ipsi pupilli, cum ad annos veniant discretos, laborare debent studiose per dominum regem Romanorum, ad quem molendini eiusdem et ad imperium Romanorum spectare dinoscitur proprietas, [ut eam] eroget hospitali nominato ad eorum petitionem. Verum si id nequeunt obtinere, Conradum Friwonem civem de Biberach sepedictum et heredes suos et alios, quos petierit, debent inpheodare eodem molendino cum suis pertinentiis. Et ut supra expressum est literisque eorum et sigillis appensis confirmet et testibus, ut mos est, eandem inpheodationem, quo altero istorum completo fideiussores prelibati absoluti sunt. Quod nos senior et filii nostri de Mindelberc nomine pupillorum Eber(hardi) et Waltheri antedictorum in solidum obligati ipsi Conrado et suis heredibus finaliter ab ipsis pupillis adimpleri [promittimus] cum fideiussoribus prelibatis. Insuper statuimus ordinantes, ut homines qualicumque condicione ipsis pertinentes vel eorum successoribus, ut eorum annonam non molant in eodem molendino, nullatenus inpediantur aut ex hoc suorum dominorum offensam se noscant incururos. Nos etiam uxor nomine Adilhaidis nobilis viri domini Bertoldi de Druhurch<sup>2</sup> filia domini Ūlrici beate memorie dapiferi de Warthusen preci-

<sup>c</sup>Von hier an eine andere Hand, dieselbe welche oben *Adilhaidis* eingesetzt hat.

<sup>d</sup>Hier folgt nach *unus* das wiederholte *fideiussorum*.

<sup>e</sup>*Sin autem* scheint hier für ein zu erwartendes *sin minus* zu stehen.

<sup>2</sup>Abgegangene Burg (Alt-)Trauchburg, Weitnau, OA.

### III

bus nostrorum consanguineorum mittigata renuntiamus omni iuri hereditario de consensu mariti nostri<sup>f</sup> nominati, quod super molendino eodem iure concessio videbamus habere, renuntiamus etiam omni actioni et exceptioni tam iuris canonum quam legum nomine heredum nostrorum. Ad cuius renuntiationis confirmationem, ne sepedictus emptor Conradus Friwo et sui heredes civis de Biberach inpulsionem a nobis vel in posterum a nostris patiantur heredibus, presentem paginam sigillo domini et mariti nostri antedicti duximus communire. Huius rei sunt testes vocati<sup>g</sup> nec non rogati a nobis Conradus miles de Osterhoven, Andreas miles de Lanquat<sup>3</sup>, dominus Bertoldus de Schevolzegge<sup>4</sup>, Hainricus et Liutrammus fratres, Heinricus senior dicti Hûpmann, Bertoldus senex minister, Hainricus Trutelerius minister et Albertus Trutelerius frater ministri, Conradus Lupus, Conradus dictus Vetero, Bertoldus Ungerehtus, Burcardus de Tiuffenbach, Hermannus pannicida, H. institor, Diet[ricus] Griesingus, Lud[ewicus] Kephingus, Bertoldus monetarius, H. Wiman, Ru[dolfus] Gravelo, Ūlricus Grater, Hainricus Munsterli, Eberhardus minister de Gezwingge, Ber. Cõssar. Et ut hec rata maneant et inconvulsa, presentem paginam nostris sigillis consignamus, ut etiam pro testibus admittatur, si fiat opus, quicumque hoc scriptum intueantur.<br><br> Datum et actum in civitate Biberach ante domum Ber. Ungerehti, proximo sabbato ante dominicam, qua cantatur: Oculi mei semper, presentibus civibus de Biberach testibus antedictis anno domini MCCLXXVII., indictione quarta, feliciter. Amen<sup>h</sup>.

—

Karlsruhe. Original Perg.<br><br> Fünf Siegel aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachs, davon das erste, zweite, dritte und fünfte spitzoval: 1) Das Siegel des Truchsessen Berthold von Rohrdorf, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2390 (WUB, Bd. VII, S. 278). 2) Das Siegel des Berthold von Trauchburg, 47 mm (IV. A. 2): In einem Schild, dessen Enden in den Schriftrand reichen, ein rechts schauender Ochsenkopf; Umschrift: + *Sigillum* . BERHCDDI . DE . DRVHVG (sehr rohe Arbeit). 3) Das Siegel des Schwigger von Mindelberg, 54 mm (IV. A. 2): In einem

---

<sup>f</sup>Auf einer Korrektur.

<sup>g</sup>Nach *vocati* steht *et aus*, das nicht gedeutet werden kann.

<sup>h</sup>Das *n* ist von dem übrigen Wort durch wellenförmige Linien getrennt, darauf folgt ebenfalls zwischen solchen Linien ein Zeichen, das an die Monogramme in Kaiserurkunden erinnert und möglicherweise Rekognition bedeuten soll.

<sup>3</sup>Lanquat = Herrlishöfen.

<sup>4</sup>Laut GUSTAV BOSSERT: Topographisches. In: Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte N.F. 13 (1904), S. 338-340, S. 339 ist *Schevolzegge* vielleicht zu lesen als Schevolcingge = Schaffelkingen.

## IV

Schild, auf vier Bergspitzen stehend, ein leopardierter Löwe, darunter vier wellenförmige Linien Umschrift: [+] S . SVIGGERI . DE . MINDELBERG. 4) Das Siegel des Truchsessens Walther von Warthausen, 63, 40 mm (IV. C.): In einem geneigten Schild drei übereinander schreitende Leoparden, auf dem linken Obereck ein Topfhelm, auf welchem ein Pfauenwedel; Umschrift: [+] SIGILLVM . WALTHER[II . D]APIFERI . [DE] . WARTHVS[A]. Dieses Siegel, in der für Laien ungewöhnlichen spitzovalen Form und in der Urkunde selbst nicht als angehängt erwähnt, wurde wohl, da Walther verstorben war, von den Vormündern seiner Söhne für diese angehängt, vgl. die Abb. bei JOSEPH VOCHEZER: Geschichte des fürstlichen Hauses Waldburg in Schwaben [...], Bd. 1 [mehr nicht erschienen], Kempten 1888, S. 240, wornach die an unserem Siegel defekte Umschrift ergänzt ist. 5) Das Siegel des Truchsessens Eberhard von Waldburg, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2390 (WUB, Bd. VII, S. 278). Dieses Siegel hängt in einer Weise verkehrt an, dass das Siegelbild der Rückseite der Urkunde entspricht.<br><br> Die Urkunde befand sich – wie die spätere Verkaufsurkunde über diese Mühle vom Jahr 1295 für das Kloster Heggbach – im Salemer Archive, in dem sich auch sonst einige Heggbacher Urkunden vorfanden. Ueber den Kloster Heggbacher Besitz am Ort Birkendorf vgl. Beschreibung des Oberamts Biberach, hrsg. Von dem Königlichen statistisch-topographischen Bureau, Johann Daniel Georg von Memminger, Stuttgart u.a. 1837 (Beschreibungen des Königreichs Württemberg, 13). [ND Magstadt 1974], S. 113.<br><br> Der Text ist sehr nachlässig abgefasst, und infolge häufigen Konstruktionswechsels, Auslassens von Wörtern und halben Sätzen sowie vielfach ungeschickter oder fehlerhafter Ausdrucksweise nicht klar verständlich. Wo es möglich war, ist durch Einfügung einzelner Wörter in [ ] nach dem Vorgang des angegebenen Abdrucks dem Verständnis nachzuhelfen versucht worden.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

GLA Karlsruhe

### Signatur/Titel des Originals:

4/6622

### Editionen:

Codex diplomaticus Salemitanus, Bd. 2, S. 170, Nr. 561.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Biberach

### Ortsindex:

Alttann Wohnplatz (20601) <br> Alttann, Wolfegg, RV <br> Alttrauchburg, Weitnau, OA <br> Beizkofen Wohnplatz (21084) <br> Beizkofen, Hohentengen, SIG <br> Biberach an der Riß Wohnplatz (17113) <br> Biberach an der Riß, BC <br> Birkendorf Wohnplatz (17114) <br> Birkendorf, Biberach an der Riß, BC <br> Freyberg Wohnplatz (17778) <br> Freyberg, Gutenzell-Hürbel, BC <br> Großkitzighofen, Lamerdingen, OAL <br> Herrlishöfen Wohnplatz (17748) <br> Herrlishöfen, Warthausen, BC <br> Kleinweiler, Weitnau, OA <br> Lanquat <br> Mindelberg, Pfaffenhausen, MN <br> Mundeldingen Wohnplatz (16912) <br> Mundeldingen, Oberstadion, UL <br> Oberstadion Wohnplatz (16913) <br> Oberstadion, UL <br> Osterhofen Wohnplatz (18873) <br> Osterhofen, Bad Waldsee, RV <br> Rohrdorf Wohnplatz (21190) <br> Rohrdorf, Meßkirch, SIG <br> Schaffelkingen Wohnplatz (16645) <br> Schaffelkingen, Ulm, UL <br> Schevolzegge <br> Tiefenbach Wohnplatz (17694) <br> Tiefenbach, BC <br> Waldburg Wohnplatz (20306) <br> Waldburg, RV <br> Warthausen Wohnplatz (17758) <br> Warthausen, BC <br> Wenedach Wohnplatz (17469) <br> Wenedach, Ochsenhausen, BC <br> Zwings Wohnplatz (19163) <br> Zwings, Bad Wurzach, RV